



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cuius Iudicisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.l.], 1645

§. 2. Dei suos alentis exempla, è diuinis litteris, petita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

Matth.
4. 3.

indigetis. Itaque cum Stygius hostis multos aggreditur alimentorum curâ; cū iam hunc, iam illum alloquitur: *Dic ut lapides isti panes fiant*; cum iubet omnem lapidem moueri, vt venter impleatur; cum varias artes docet pecuniæ, panis, vini parandi; cum denique à se vult disci, quomodo liberi, vxor, familia, humana vita sit sustentanda, & cum sexcenta hoc genus insanit; gladio aptiore non potest repelli, quàm diuinæ Prouidentix Bonitatisque protestatione; quæ clarissimè indicatur illis verbis: *Non in solo pane viuit ho-*

Matth. 4.

4.

Deut. 8.

3.

Psal. 54.

23.

Isa. 49.

14.

mo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Quam artem etiam docuit Dauid, cum esuriienti dixit: *Iacta super Dominum curâ tuam, & ipse te enutriet.* Ne puta eum tui oblitum, & ne dicas: *Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei.* Numquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? etsi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.

§. II.

Dei suos alentis exempla è diuinis litteris petita.

Exemplorum affatim diuinæ paginae subministrant. An non enim primum hominem in admodum fructifero horto collocauit?

An

An non Patriarchæ Iacob filijsque eius, in summa annonæ caritate, per Iosephum Aegypti saluatorem, alimenta prouidit? An non in ipsa solitudine fontem de petra, panem de nubibus eiecit? & quidem panem sapidissimum? Nam *panem cœli dedit eis, panem Angelorum manducauit homo.* An non, tempore tam diuturnæ famis, *Eliæ corui deferebant panem & carnes manè, similiter panem & carnes vesperi, & bibebat de torrente?* An non eidem postea, per piam viduam, in Sarephta Sidoniorum, de mensa prospexit? An non, quando ipse Christus diabolum à se reiecit e-furiens, qui eum lapides comesse volebat, *Angeli accesserunt, & ministrabant ei?* An non vel solorum virorum quinque millia quinq; panibus hordaceis & duobus piscibus satiauit, idem Dominus, in loco deserto, vbi neque furnus erat, neque pistor? Hæc aliâque complura diuinæ litteræ prodiderunt. Sed quia exempla, cum delectatione, docent, age, alia ex alijs quoque historijs adducamus.

Psal. 77.

24.

3. Reg. 17.
6.

Matth. 4.

11.

Ioan. 6.

10.

§. III.

S. Frontonius, spe diuinæ prouidentiae, septuaginta viros in desertum trahit.

Heribertus Rosvveydus vir eruditus, & Rosvveid

A 4

ab